

## 9) Ritus hujus diei.

Vd.: *Coena Dom.* (Processio, decr. n. 4647 nota).

## 10) Sumptio s. hostiae.

*Ad dubium*: An in rubrica fer. VI. in Parasceve, ubi dicitur: *immediate particulam sumit*, addenda sint verba: *facta genuflexione immediate particulam sumit*?

S. C. resp.: *Negative*.  
n. 3754 ad 3 die 25. Sept. 1706.

## PAROCHUS.

## 1) Absentia.

Vd.: *Residentia* (Parochi).

*Ad dubium*: 1. An parochus villae, in qua non est alius Sacerdos, etiamsi nullus infirmetur, sine Episc. licentia gratis ubique concedenda abesse possit a parochia per duos vel tres dies, nullo idoneo relicto Vicario?

2. An saltem abesse possit a mane usque ad Vesp. et quid, si hoc semel in hebdomada evenierit?

3. An parochi viciniore actu exercentes curam animarum possint invicem se substituere?

S. C. C. resp.

ad 1.: *Negative*;

ad 2.: *Affirmative*, dummodo non sit die festo et nullus adsit infirmus et raro id in anno contingat;

ad 3.: *Negative*, si id fiat sine licentia Ordinarii.

S. C. C. die 8. Febr. 1747.

Parochum nec posse abesse per hebdomadam, non petita vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbato.

S. C. C. 7. Oct. 1604.

## 2) Administratio Sacrament.

Vd.: *Sacrament. administr.*; *Baptismum*; *Episcopus aegrotus*; *Viaticum*; *Stola*.

## Quis Clericis administr. Sacramenta?

Vd.: *Viaticum* (Portand. sacer. aegroti).

Sacramenta administrare non licet Parocho Cathedralis in aliena Parochia. S. C. C. in Eugubina 20. Sept. 1628. Neque etiam licet Parocho Cathedralis ministrare Sacramenta infirmis Canonicis ejusdem Cathedralis, sed hoc spectat ad Parochum Domicilii. S. C. Episc. et Regul. in Tiburtina 12. Maii 1685, et sic censuit etiam S. C. C. in Novarien. 17. Septbr. 1695 et in Narnien. 26. Sept. 1699 apud Monacell. tom. 1. tit. 10. formul. 18. sub num. 4.

Ad Parochum spectat ministrare Sacramenta famulis et famulabus inservientibus Monasteriis Monialium, quamvis exemplarum, non autem ad Confessarium earundem Monialium. S. C. C. in una Lodiens. 14. Apr. 1685 et in alia Spoletana 19. Apr. 1691 inter famulas Monialium s. Matthaei Congregationis Lateranens., quae habitabant in domo extructa intra Cortile sive Atrium Monasterii, et Parochum s. Martini, intra cujus Parochiae limites Monasterium existit: apud Monacell. tom. 1. tit. XI. formul. 20. num. 2. Et iterum in Ulixbonen. Occidentalis 19. Septbr. 1722 apud Ursayam in Miscellan. sacro et profano lit. M. num. 160.

Non debet Ordinarius sine causa valde gravi et relevanti auferre a propriis Curatis celebrationem Baptismi ac Matrimoniorum, eaque ipse ministrare vel aliis delegare. S. C. Episc. et Regul. in Neapolit. 17. Sept. 1604 apud Pitton. loc. cit. num. 267.

Parochus potest simplici Sacerdoti licentiam concedere administrandi Sacramenta in sua Parochia excepta Poenitentia. S. C. Episc. et Regul. in Castellatenen. 20. Augusti 1602 apud Sellium cit. cap. 59. num. 32. et Barbos. lic. cit. num. 4.

Parochus nequit approbare Confessarios non approbatos ab Ordinario ad audiendas Confessiones suorum Parochianorum. *Communis*; et colligitur ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 15. et expresse declaravit S. C. Episc. et Regul. 20. Aug. 1602.

Inno Parochus nequidem potest sibi in Confessarium eligere simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario; nam Alexander VII. die 24. Septembris 1665 damnavit expresse hanc propositionem 16. in ordine: „Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.“

Parochus potest suorum Parochianorum Confessiones audire etiam in aliena Dioecesi sine approbatione Episcopi illius Dioecesis, quia in eos ordinariam habet Jurisdictionem, et cum actus audiendi Confessiones sit Jurisdictionis voluntariae, potest etiam in alieno territorio exerceri *lib. 1. ff. de Offic. Proconsul. Glossa in cap. : Novit, de Officio legati, Fagnan. lib. 5. decr. in cap. : Ne pro dilatione 16. de poenit. et remiss. num. 10. cum aliis ibi citatis, Piasec. Prax. Episc. part. 2. c. 1. art. 2. n. 5., Barbos. in Trid. sess. 23. c. 15. num. 20. et de Offic. et potest. Parochi part. 2. cap. 19. et de Offic. et potest. Episcop. part. 2. alleg. 25. num. 18. cum plurimis ibi citatis, et alii contra Matthaeucc. Officialis Curiae c. 6. n. 16. et in cautela Confessarii lib. 1. c. 9. proposit. 13. ab Alex. VII. etc. num. 4. et alios.*

Et pro hac conclusione facit S. C. Concil. 3. Decembris 1707 in una Posnanien., in qua fuerunt proposita et resoluta haec dubia ut sequitur:

I. „An Curati unius Dioecesis vocati a Parochis alienae dioecesis, possint in ista audire Confessiones tam suorum subditorum quam alienorum absque licentia Episcopi?“

II. „An Sacerdotes approbati ad confessiones audiendas in una dioecesi, vocati a Parochis alterius dioecesis possint in ista audire confessiones quorumlibet absque approbatione Episcopi loci? Et quatenus negative ad utrumque?“

III. „An et quomodo in casibus praedictis sit consulendum, si agatur de magno concursu populi et magna distantia adeundi pro approbatione Dioecesanum?“

Quibus dicta die responsum fuit

Ad I.: *Affirmative* quoad subditos, *negative* quoad alios.

Ad II.: *Negative*.

Ad III.: *Arbitrio et prudentiae Ordinariorum*.

Parochus habens redditus tenues et populum frequentem, ut per se sufficere nequeat audiendis confessionibus, tenetur sibi adjungere alium Sacerdotem adiutorem, cui, si ipse nequeat, populus necessaria ad sustentationem subministrare tenetur: *Inst. Eccles. 94. §. 7.*

Parochus tempore pestis et eo morbo infectis tenetur ministrare Sacramenta Baptismi et poenitentiae; imo et Viaticum, ne tanto bono in illa necessitate Parochiani priverentur, nisi in eo rarissimo casu, in quo rarus esset Sacerdos vel Parochus, ex quo fieret, ut post administratum Sacramentum poenitentiae uni non superesset spatium, ut aliis morituris poenitentiae Sacramentum administraretur, vel si eo Sacramento administrando mortem vitare non posset et sic populus destitueretur Sacerdotibus: *De Synodo Dioec. lib. 3. cap. 19. §. 18. 19. nov. edit.*

In ordine ad *Extremam Unctionem*, tunc tenetur Parochus illam administrare, quatenus valeat absque morali periculo. *Ibid.*

Dubitatur: *An Parochus vocatus ab alio Parocho ejusdem dioecesis*

b) Per se ipsum subeundi obligatio.

Cf.: *Resid. Parochi.*

Cogendos esse rectores ad subeunda per se ipsos et non Substitutos omnia munia, ad quae parochi tenentur, tolerandum autem, ut per Substitutos suppleant in illis tantum casibus, in quibus expressis verbis canonum et decretorum Concilii permissum est parochis, ut per vicarios, coadjutores vel substitutos possint officio suo fungi.

Die 7. Oct. 1604 *Nicien.*

(Conc. Tr. S. 6. c. 2.; S. 23. c. 1.)

Parochum praesentem et non impeditum nec in aliis exercitiis paroch. occupatum debere per se ipsum exercere munia paroch.

S. C. C. die 10. Mart. 1742 *Sabinen ad 5.*

### 9) Incensatio.

Cf.: *Incens. Cleri.*

Parochi in *choro Cathedr.* thurificari debent unico ductu et non duplici ut Canonici. n. 2222 ad 2 die 16. Junii 1663.

Debent parochos sedentes a dexteris chori thurificari immediate post Dignitates et Canonicos ejusdem partis et sedentes a sinistris immediate post Canonicos istius partis. n. 2606 die 3. Decb. 1672.

Parochus tamquam caput Ecclesiae paroch. thurificandus est ante dominum loci.

Die 14. Febr. 1672 *Turritana.*

### 10) Officium recitandum.

Vd.: *Officium* (recitandum quod ex duobus.).

### 11) Praecedentia.

Cf.: *Sedes Cleri in Synodo* (decr. n. 3993); *Canonicus Parochus*; *Stola parochor.* (decr. n. 4615); *Processio funebris*; *Stola in fune-*  
*rib.*; *Processio* (Clerus saecul.); *Vicar foran.*;

*Processio funebr.* (crux Eccles. tumul. — Instit. Bened. XIV.); *Paroch. Canon.*

In praecedentiis parochorum attendendam esse antiquitatem et dignitatem Ecclesiae parochialis non autem ipsorum parochorum. n. 1374 die 10. Maii 1642.

Ritum graecum non obstare, quominus parochus praecedentiam Ecclesiae suae debitam inter caeteros latini ritus assequatur. n. 1476 die 26. Sept. 1643.

Parochi incedant in processionibus et in funeralibus immediate ante ipsos Canonicos. n. 1301 die 23. Martii 1641.

Praecedentia inter ipsosmet Parochos, curatos Ecclesiar. paroch., sive sint saecul. sive regul., datur secundum praerogativam Ecclesiarum et non secundum praerogativam regulae.

Die 21. Mart. 1609 *Asten.*

Parochi procedere debent post Canonicos, Beneficiatos, Clericos Beneficiatos, qui faciunt unum corpus, non autem post mercenarios Capellanos aut Clericos, quando sub cruce Capituli parochi procedunt. n. 2222 ad 4 die 16. Junii 1663.

Parochus non habet intuitu pluvialis, dum illud defert, locum inter Canonicos Colleg. et non potest incedere sub cruce Capituli, relicta propria cruce parochiali, nisi sit de gremio. n. 2225 ad 2 die 16. Junii 1663.

Parochus indutus superpelliceo in procession. procedit omnibus rectoribus et presbyteris.

Die 31. Mart. 1618 *in Firmana.*

Parochis et Archipresbyteris Terrae Soltpacae licere deferre stolam et praecedere omnibus aliis per proprias parochias. n. 2412 ad 1 die 2. Apr. 1667.

Inter plures parochos seu Curatos Ecclesiarum parochialium attenditur

Brixien.

Dum in Civitate Brixien. existeret adhuc Collegiata Ecclesia S. Nazarii, ex Synodali Dioecesis Statuto cautum fuit, ut in S. Processionibus universus Clerus sub unica Cathedralis Cruce, attamen juxta diversitatem Ordinis, quo singuli erant insigniti, nimirum primi incederent in Minoribus constituti, deinde Subdiaconi, tertio Diaconi, ac ultimo tandem loco Sacerdotes, servato in singulis Clericorum gradibus et Ecclesiarum ordine, qui consuetudine jam erat receptus. Sancitum pariter erat, ut Clerus Collegiatae S. Nazarii simul incederet sub propria elevata Cruce immediate ante Clerum Cathedralis. Verum quum civiles ob ordinationes et vicissitudines Collegiata etiam S. Nazarii cessarit tunc temporis, nimirum de anno 1810, Brixien. Episcopus constituit, ut Clerus uniuscujusque Ecclesiae semper sub unica Cathedralis Cruce per Paroecias distributus, ut singuli Parochi proprio Clero praessent, procederet in memoratis Supplicationibus, servato servari solito Ecclesiarum ordine, juxta quem Clerus S. Nazarii ultimus et immediate ante Clerum Cathedralis incedit. Parochus tamen S. Nazarii, quamvis in propria Ecclesia aliquoties per annum Divina Officia ritu pontificali expleat et in S. Processionibus totius Cleri Urbani supra reliquos Parochos praecedentia gaudeat, quum vigente Collegiata Processionibus aliisque Functionibus non jam personaliter sed per substitutum interesse soleret, id etiam praestat sublata Collegiata. Et quum in praesentiarum Rmus hodiernus Episcopus Brixienensis restituerit in Processionibus peragendis antiquum ordinem per Synodale Decretum firmatum et sic iterum Parochi post universum Clerum Urbis bini incedent, salvo jure praecedentiae Parocho S. Nazarii, ipse, qui

praerogativa Ecclesiae parochialis non antianitas Ordinis. n. 2759 ad 1 die 23. Novb. 1675.

Parochus *Protonot.* non praecedat supra parochos non protonotarios, quia praecedentia inter parochos sumitur ex praerogativis Ecclesiae parochialis. n. 2778 ad 2 die 21. Mart. 1676.

Parochi civitatis Fani in processionibus praecedunt secundum antianitatem eorum in adeptione cujuslibet ex dictis parochiis. Cum Paulus Pellinus parochus s. Andreae, qui sextum obtinebat locum in praecedendo, a parochia s. Andreae praedicti praevio consensu ad alteram s. Leonardi transierit, tam ab ipso Paulo quam a parochio s. Joannis, qui septimam curam obtinet, supplicatum fuit declarari: an P. Pellinus attento transitu de una ad alteram parochiam, amiserit suam antianitatem, ita ut ullimus incedere debeat vel potius eam conservet?

S. C. resp.: in casu, de quo agitur, primam praecedentiam competere Pellino, nisi inter Ecclesias paroch. adsit privilegium. n. 3591 die 16. Julii 1701.

Quatuor Parochi Oppidi Clarasci occasione processionum incedant bini et parochus *regularis* ad sinistram latus Plebani, quando omnes conveniunt; si vero tres tantum intererunt Parochi, comprehenso parochio regulari, tunc omnes incedant in eodem ordine et linea, dummodo parochus regul. ultimum locum occupet. n. 4238 ad 1 die 16. Febr. 1754.

*Ad dubium:* An Vice-parochus debeat habere praecedentiam super alios Sacerdotes ipsi in Ordinatione anteriores, non obstante aliqua consuetudine allegata non immemorabili?

S. C. resp.: Negative praeter functiones, in quibus exercet munus Vice-parochi.

Die 23. Febr. 1839 ad 7. *In Meliten.*

ex consuetudine personaliter non accedit, affirmat quod jus praecedentiae in reliquos Parochos competat Curato Beneficiato Ecclesiae S. Nazarii, quem mittere solet uti substitutum. De quo quidem jure praesumpto quum merito conquerantur ceteri Parochi, religiosissimus idem Episcopus, ne ordinaria auctoritate sua quidquam in re decerneret, S. R. C. supplex adivit atque ingenue singula exponens humillime rogavit, ut super sequentibus Dubiis sententiam suam aperire dignaretur, nimirum:

1. An Parocho S. Nazarii consuetudo suffragari valeat ne personaliter ad Processiones accedat ad easque compelli possit?

2. An in Processionibus, in quibus Parochi urbani bini post Clerum Urbis incedunt, Substituto Parochi S. Nazarii vel alterius Parochi competat jus praecedendi, quod ipsi competere Parocho, si personaliter accederet?

3. An ob civiles vicissitudines et ordinationes cessata Collegiata S. Nazarii ejusdem Clero in Processionibus jus adhuc competat?

4. An cessata, ut supra, Collegiata Parochus Divina Officia in Pontificalibus celebrare possit et quatenus affirmative?

5. Utrum praefatus Parochus ad parendum Episcopi mandatis cogi et si opus sit etiam puniri ab Episcopo possit per prohibitionem celebrandi in Pontificalibus ad tempus determinatum?

Et Emi et Rmi P. S. tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunati post auditam a subscripto Pro-Secretario fidelem relationem rescribendum censuerunt

Ad 1.: „Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.“

Ad 2.: „Negative.“

Ad 3.: „Negative.“

Ad 4.: „Afferendum privilegium, ut examini subjiciatur.“

Ad 5.: „Affirmative in omnibus.“

Atque ita rescribendum, definiendum servandumque mandarunt. n. 5171.

Die 25. Sept. 1852.

Parochus exceptis iis, quae sunt sui officii, nullam regulariter praecedentiam et praeeminentiam habet, atque hinc est, quod parochus in choro locum altiorem et ornatiorem habere nequit, quam caeteri presbyteri inibi assistentes. *Ro'a in Pampilon. mantentionis 10. Maii 1707 cor. b. m. Cafarello*, ubi, quod nec in sede sed in scamno sedere debet si caeteri in scamnis sedeant.

Praecedentia, quae debetur parochis perpetuis, eadem debetur Parochis et Curatis amovibilibus ad nutum, quia etiam hi gaudent praerogativis parochorum perpetuorum.

S. C. C. 27. Mart. 1706. *In una Comensi.*

Et hoc procedit etiam in eorum Substitutis et Subrogatis.

S. R. C. 20. Jan. 1691.

#### 12) Praedicator.

Vd.: *Praedictio Parochi.*

#### 13) Protonotarius.

Vd.: *Paroch. (adm. Sacram.); Protonot.*

Parochum uti Protonotarium almutia nullatenus uti posse. n. 1837 ad 2 die 4. Aug. 1657.

Non licere parocho protonotario apostolico in administratione Sacramentorum et in funeribus adhibere habitum praelatitium et quatenus interesse velit

#### Clemens PP. XII.

Abbas gener. Ordinis Canonicorum Regul. s. Antonii Viennen. jubet, ut nemo comas adscititias, vulgo Parrucca dictas, assumat sub poena suspensionis ipso facto incurrendae. Circa eos autem, qui hujusmodi comis fictitiis seu parruccis nunc utuntur, decernimus, ut, nisi eas deposuerunt intra annum a praesentium intimatione computandum, simili suspensionis poenae exemplo subjaceant, stricte injungentes omnibus et quibuscunque Superioribus Dommorum Nostrarum, ut praesens decretum in Oratorio publice legi ac sedulo observari curent.

Nos (Clem. XII.) praesertim Ordinationem dicti Abbatis cum omnibus et singulis in ea contentis approbamus et confirmamus, necnon quascunque licentias gestandi caesariem praedictam per quoscunque dicti Ord. Canonicos Regul. tam a Nobis quam a Nostris et Sedis ap. Nuntiis seu a quibusve aliis sub quocunque praetextu obtentas tenore praesentium annullamus, cassamus et irritamus ac nullius roboris et momenti esse et fore declaramus.

Datum Romae 9. Sept. 1739.

(Bull. r. t. XV. p. 298.)

Immo neque in Choro potest portari Coma fictitia, seu, ut vulgo dicitur, Parrucca: Sac. Congreg. Conc. in una Bergamensi 9. Dec. 1690.

Et tanto minus Coma fictitia seu Capillitium ascititium potest deferri et retineri in actu celebrationis Missae, ut expresse prohibuit Innocentius XI., ut patet ex Decreto de ejus mandato publicato in Dioecesi Colon.

Die 21. Mart. 1689.

#### Melphiten.

(Conc. Tr. C. 6. S. 23. De ref.)

Instante Episcopo Bituntino Sac. haec Congregatio die 13. Septembris

uti Protonotarius, eidem proinde non competere praecedentiam supra Canonicos vel locum inter Canonicos juxta Caeremoniale lib. I. cap. XIII. n. 2131 die 3. Sept. 1661. Idem Decretum est n. 2198 die 23. Decb. 1662 cum appendice: Idem intelligendum esse in processionibus generalibus et particularibus, quibus idem parochus interesse velit.

Vd.: *Processio* (Clerus saecul. — Cler. Colleg. supra paroch.).

#### 14) Quis est?

*Titularis Capellae* (decr. n. 5050).

15) Sacerdotes approb. ab Episcopo sui loco deputare debet.

Vd.: *Parochus* (administ. Sacrament.).

#### 16) Sedes.

Parochos manutenendos esse in sessione sedendi in stallis canonicalibus post omnes Canonicos. n. 1301 die 23. Mart. 1641.

Vd.: *Paroch.* (praeced., ult. decr.)

#### PARRUCCA.

Vd.: *Tonsura* (decr. n. 5054); *Missae* (Ce- lebrans sedere non debet; Epist. PP. Bened. XIV. n. XXII. sub finem.); *Habitus Clericor.* (§. 8.).

Non licet Canonico Cathedr. Burgi gestare capillos fictitios, vulgo *Parrucca*, in deferendo SSimum processionaliter immediate post missam ab eodem cantatam tam in Cathedr. quam per civitatem. n. 3516 ad 4 die 4. Apr. 1699.

Nec licet Parruccam deferre Praeposito et aliis Canonicis Cath. Burgi *missas* celebrantibus.

*Ibid ad 5.*

Missae non potest celebrari cum caesarie ficta. S. R. C. 3. Aug. 1652.

Vd.: *Edictum Clem. XI. die 4. Maii 1701* in Bull. r. t. VIII. p. 451.

possit in ejus Parochia confessiones audire? Id affirmant *Bonacina* et *Croix* cum communiore, imo *Palaus* et *Mazzotta* communem sententiam vocant. Sed oppositam sententiam tenent *Barbosa* in Trident. sess. 23. cap. 15. num. 19. cum *Homobon.* et *Piasec.* ex declaratione S. C. Concilii, quam referunt *Barbosa* loc. cit. et *Piasec.* ubi ad quaesitum: „An provisor de Parochiali per concursum censendus sit approbatus idoneus minister ad audiendas confessiones in illa dioecesi, in qua illam Parochiam obtinet?“ S. C. resp.: „*Censeri ad audiendas confessiones dumtaxat in ea Civitate vel Oppido, ubi sita sit Parochialis, non autem passim per totam dioecesim.*“ Et ratio hujus sententiae est, quia Parochus non approbatur ab Ecclesia pro Ecclesia universalis, sed ab Episcopo juxta Episcopi voluntatem; unde nisi constet aliunde de diversa voluntate Episcopi, Parochus censetur approbatus tantum pro Parochia, ad quam eligitur; potest enim Episcopus aliquem judicare idoneum pro uno loco et non pro alio. Recte vero dicunt *Bonac. Clericat.* de poenitent. decr. 37. num. 12. idque admittit *Bened. XIV.* in *Notificat.* 86. n. 613., quod sententia opposita locum habere potest in iis locis, ubi talis adsit consuetudo, quae jurisdictionem bene conferre valet. Imo *Wigandt* tract. 3. num. 83. primam opinionem approbat ex praxi, ut asserit, variarum dioecesum. Ita in terminis *D. de Ligorio* *Theol. Moral. de Sacram. poenitent.* num. 544.

Munia parochialia exerceri (Matrimonium, Baptismum) non posse invito parochi, nisi per ipsum parochum. n. 908 die 22. Martii 1631; n. 911 die 13. Apr. 1631.

Munia parochialia (bened. mulieris post partum) ad proprium parochum

privative spectare. n. 909 die 22. Mart. 1631.

Archipresbyter s. Petri nullo modo ministrare valeat Sacramenta suis parochianis extra parochiam. n. 1047 ad 12 die 6. Sept. 1636.

Non licere parochi... Protonotario apost. in administratione Sacramentorum adhibere habitum praelatitium. n. 2131 die 3. Sept. 1661; n. 2198 die 23. Decbr. 1662.

Parochus Protonot. apostol. vel alii sacerdotes de licentia Parochi etiam Protonot. apostol. non possunt supra mantelletum ponere stolam, sicut ponitur supra superpelliceum et albam ac etiam super rochetum solum. n. 2718 die 17. Novbr. 1674.

### 3) Assistens in Cathedrali.

Parochi civitatis Ferentini cogi possunt ad deferendam Ecclesiam propriam praesertim in solemnibus et ad interessendum choro Cathedralis. n. 2222 ad 1 die 16. Junii 1663.

### 4) Assistens Episcopo.

*Ad dubium:* An Episcopus compellere possit Parochos ad praestandam sibi consuetam assistentiam in missis et vesperis pontificalibus?

S. C. resp.: Affirmative, praecavendum tamen, ne quid detrimenti animarum servitio contingat, quo tempore Parochus Episcopo in Divinis famulatur. n. 2129 die 3. Sept. 1661.

### 5) Canonicus (Praeced.).

Vd.: *Canonici Parochi. Processio funebr.* (Praecedentia; praecipue decr. n. 4673).

Canonicus, cui collata est cura animarum, si velit incedere in funeribus cum stola et gerere personam parochi, locum non habet inter Canonicos sed incedere debet uti parochus ante Capitulum Cathedr. post caeteros Presbyteros.

Si autem velit interesse uti Canonicus, stare debet loco suae receptionis sed sine stola, deferenda hoc casu per digniorem de Capitulo. n. 3250 die 24. Novb. 1691.

*De ejus oblig. pro parochianis missam applicandi* vd.: *Missae* (applicatio); *Applicatio* (missae).

*Utrum administ. Clericis Cathedr. Sacramenta?*

Vd.: *Viaticum* (Portland. sacer. aegr.)

### 6) Celebr. et dirig. in sua parochia.

Cf.: *Purificat. B. V. M.*; *Rector Eccles.*; *Sepultura*; *Quarta funebr.*; *Processio funebr.*; *Process. gener.*; *Processio in festo SS. Corp. Chr. etc.*; *Benedictio*; *Capella domest.*; *Confraternit.*; *Missae* (licentia); *Functiones Eccles. filial.*; *Regulares*; *Missae* (prohibita a Parochi); *Communio pasch.* (Eccles.); *SS. Viaticum* (port. Sacerd.); *Applicatio missae*; *Missae* (applicatio); *SS. Sacram.* (administr.); *Habitus etc. Clericorum*; *Unctio Extr. Graecor.*; *Unctio in Bapt. Italo-Graecor.*; *Missae* (duae non sunt leg. etc. — decr. *Bened. XIV.*). *De Binatione* vd.: *Missae* (duae non sunt leg. etc.; decr. *Bened. XIV.*). *Orator. priv.* (praecipue *Constit. Bened. XIV. §. 19* etc.); *Orator. publ.* (functiones etc.)

Parochus non potest prohiberi per Canonicos Cathedr., ne ingrediatur in Ecclesiam s. Leonardi filialem et suppositam suae parochiae, in qua translatum est servitium Cathedr., ad exercendas functiones parochiales et recipiendum solita emolumenta et obventiones parochiales. n. 942 ad 2 die 6. Decb. 1631.

Missas solemnes in Parochiali spectare ad Parochum seu rectorem. n. 1045 ad 2 die 21. Junii 1636.

Non posse in aliena Ecclesia quidquam ordinari aut exerceri invito proprio Parochi. n. 1263 ad 1 die 15. Sept. 1640.

Regulares s. Antonii, existentes inter limites parochiae, non possunt benedicere homines et bruta animalia in festo s. Antonii, nec non facere pro-

cessionem extra claustra (invito parochi). n. 1298 die 2. Mart. 1641.

Ad proprium parochum spectare functiones omnes ecclesiasticas in propria Ecclesia, non obstante quacunque contraria consuetudine. n. 1299 die 2. Mart. 1641; n. 2711 die 4. Aug. 1674.

Non licere Capellanis sese in obediendis parochialibus functionibus immiscere, cum eadem ad Parochos privative quoad alios quoscunque pertineant. n. 1891 ad 2 die 8. Junii 1658; n. 2993 die 22. Aug. 1682.

Publicationem matrimoniorum, Ordinandorum etc. exercendam esse per proprium parochum et nullo modo per Vicarium foraneum. n. 1359 die 11. Nov. 1641.

Parochus potest exercere solemniam in Capella B. V. M. Pietatis. n. 2298 ad 1 die 22. Novb. 1664.

Nullum jus competit PP. Societ. Jesu tradendi doctrinam christianam in Ecclesiis paroch. invito parochi, imo neque in aliis repugnante Titulari, non obstante contraria consuetudine.

S. C. C. 8. Mart. 1681 in *Mechlin.*

Ad controversiam inter Collegium Parochorum Ecclesiae s. Babilae et Capitulum ejusdem Ecclesiae

S. C. resp.: Spectare ad Parochos privative expositionem, repositionem, processionalem quamcunque delationem SSmi tam in fer. V. in coena Dom., quam in Octava ejusdem SSmi et in tertia dominica 40 hh., necnon exercitiorum spiritualium et alterius cujuscunque functionis. n. 3048 die 11. Mart. 1684; n. 3034 ad 1 die 2. Oct. 1683.

Ad controversiam inter eosdem parochos et Canonicos ejusdem Ecclesiae s. Babilae S. C. resp.: Canere missas votivas ex alicujus devotione afferentis eleemosynam, et festivitates SSrum, in specie ss. Apolloniae et Luciae, quae celebrantur in dicta Ecclesia ex oblationibus a populo fieri solitis, necnon festivitates Confrater.

erectarum in eadem Ecclesia, extra tamen horas destinatas pro Officiis Collegiatae commissis in erectione, spectare ad parochum. n. 3048 ad 1 die 11. Mart. 1684; n. 3034 ad 2 die 2. Oct. 1683.

*Ad dubium:* An possit parochus se ingerere in administratione oblationum, eleemosynarum in Ecclesiis (Confraternitatum) recollectarum vel capsulae pro illis recipiendis clavem retinere?

S. C. resp.: Negative.

Die 10. Decb. 1703 *in una Urbis et Orbis.*

Vd.: *Confraternit.* (Administ. honor.)

*Ad dubium:* An ab Episcopo cogi possit parochus ad subministrandum vinum, hostias, paramenta et caetera ad celebrandum necessaria, presbyteris in loco Nuntiae commorantibus et in Ecclesia parochiali celebrare volentibus?

S. C. resp.: Episcopum non posse cogere rectores, sed hortari et rectores recte facturos, si monitionibus et hortamentis Episcopi pareant.

Die 31. Mart. 1703 ad 3 *In Nebien.*

Vd.: *Stipend.* (decr. S. C. Conc. 5. Julii 1664.)

Non licet parochi absque licentia Gubernatorum aut Capellanorum s. Joan. Bapt. in die festivitate s. Joan. missam sol. aut priv. celebrare ad suum libitum. n. 3721 ad 5 die 9. Maii 1705.

Archipresbytero Curato Terrae Mordani competat jus exercendi functiones parochiales et jura paroch. in Ecclesia s. Francisci, olim regulari, nunc suppressa, existente intra fines suae parochiae, privative quoad Capellanum dictae Ecclesiae. n. 3812 ad 1 die 13. Julii 1709.

Licet parochi celebrare primas et secundas vespers ac canere missas sol. et minus sol. in festivitibus fieri solitis in Oratorio a Confratribus s. Josephi

Terrae Curtis majoris. n. 3832 ad 1 et 2 die 22. Novb. 1710.

*Ad dubium 1.:* An jus celebrandi Missam sive solemnem sive minus solemnem vel conventualem singulis tertiis Dominicis cujuslibet mensis nec non Missam solemnem pro gratiarum actione tertia Dominica mensis Novembris, quae ex instituto canere faciunt priores et confratres Societatis SSmi Corporis Christi in Ecclesia S. Joannis Baptistae terrae Fractae praetensa Parochiali, ubi eadem Societas est erecta, nec non jus successive iisdem diebus ducendi Processionem et in ea ferendi SSimum Sacramentum, ac cum eo populum benedicendi, privative spectet ad Parochum Archipresbyterum vel potius jus omnia praedicta peragendi spectet ad Capellanum dictae Societatis in casu etc.?

2.: An jus celebrandi Missam sive lectam sive cantatam et canendi Vespers in dicta Ecclesia ac ducendi Processionem alterius Societatis SSmi Rosarii pariter in eadem Ecclesia erecta prima die Dominica cujuslibet mensis, privative spectet ad eundem Parochum sive potius ad Capellanum in casu etc.?

Et S. eadem R. C. rescribendum censuit

*Ad 1.:* „Affirmative quoad primam partem; Negative quoad secundam.“

*Ad 2.:* „Ut supra.“

Et ita decrevit ac servari mandavit.

N. 3902 die 7. Aug. 1717.

Reatina.

Rme D. uti Frater.

Quum Sacerdos Dominicus Maroni Rector et Administrator Confraternitatis S. Caeciliae et B. M. V. de Succursu in Suburbis istius Reatinae Civitatis S. R. C. exposuerit, quod Parochus Eccl. S. Michaelis Archangeli,

intra cujus Paroeciae fines Sodalitatis Ecclesia erecta reperitur, praetendat S. Functiones exercere in eadem Sodalitatis Eccl., illam ut filialem reddere praesumens contra sancita ab hac S. Apost. S., Emi et Rmi P. S. tuendis Ritibus praepositi in Ordinario Coetu ad Vaticanum subscripta die coadunati, audita relatione ab infra scripto Secretario fideliter facta, perpendentes alias ac praesertim in Decreto Urbis et Orbis usque ab Anno 1703 IV. Id. Dec. sancitum fuisse, Parochis nullum jus competere in publicis Sodalitatibus Eccl. quoad ecclesiasticas functiones non parochiales, quin aliud precibus ipsis directe responderent, satius duxerunt consilium, Amplitudinem Tuam super expositis certiore reddere, ut juxta alias decreta provideat, eo vel magis quia memoratum Gen. Decretum per suam Constitutionem, quae incipit: *Ad debitum*: confirmavit s. m. Clemens Papa XI., ut dissentionibus et jurgiis radicitus finem imponeret. Amplitudinis itaque tuae partes erunt Parochum S. Michaelis ad tramites supradicti Decreti omnino adigere, ut a quavis in re praetentione absteat.

Et Amplitudo tua diu felix et incolumis vivat. n. 5001.

Romae 7. Decb. 1844.

Rmo D. uti Fratri

Ep. Reatino.

*Ad dubium 1.:* An celebratio Missae cantatae si a proprio Parochi in sua Ecclesia vel in aliis Ecclesiis Parochiali suae Ecclesiae adnexis non peragatur, spectet ad viciniorum Parochum?

2. An celebratio Sacrarum Functionum peragenda in Ecclesia independente a Parochi, sed intra ambitum suae Paroeciae contenta, spectet ad Parochum, si Capellanus ejusdem Ecclesiae ipsas functiones non agat?

S. C. resp.:

*Ad 1.:* „Negative juxta Decretum in Bisinianensi diei 6. Octobris 1640.“

*Ad 2.:* „Negative juxta Decretum in Verulana diei 2. Martii 1641.“ n. 4691 die 28. Julii 1832.

*Ad dubium:* An Sacerdos simplex aut ad titulum patrimonii ordinatus possit in Ecclesiis paroch. vel filial. vel ruralibus missam cum cantu vel de Sancto vel de Requ. celebrare in diebus festivis vel ferialibus invito et contradicente parochi et postea facere absolutionem prout de more?

S. C. resp.: In Ecclesiis paroch. et succursalibus requiritur consensus parochi, in aliis Ecclesiis consensus rectoris.

Die 26. Apr. 1634.

7) Celebrare debet in dominicis et festis in paroch. Ecclesia.

Parochus diebus Festis Missam celebrare debet in propria Ecclesia et non in alia, quacumque consuetudine in contrarium non obstante.

S. C. C. Die 16. Sept. et 17. Nov. 1629. Lucana.

*Ad dubium:* An Parochus Ecclesiae paroch. S. Mariae possit alternative in dominicis celebrare missam aliasque paroch. funct. exercere in Ecclesia s. Sebastiani existente intra limites parochiae vel potius teneatur eadem omnia peragere singulis dominicis aliisque diebus festivis in Ecclesia parochiali?

S. C. C. resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Die 19. Aug. 1752. *Fulginate.*

8) Functiones.

a) In Oratoriis et Eccles. filial. suae parochiae peragendae.

Vd.: *Orator. publ.* (Functiones); *Orator. priv.*